

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Franz Wolf Johann Caspar Werthmann

**Collegii Theologici Disputatorii, Disputatio Undecima, De Peccato In Genere**

Rostochii: Richelius, 1697

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740903241>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 30.Jan. 1697

Wolf, Francisco



I. N. J. (i)  
**COLLEGII THEOLOGICI  
DISPUTATORII,  
DISPUTATIO UNDECIMA,  
PECCATO IN  
GENERE,**

*adspirante DEI T. O. M. gratiâ, consensu*  
*Pl. Rev. Facult. Theol.*

**PRÆSIDE**  
**FRANCISCO WOLFIO,**

**TH. D. & P. P. Collegii Senatorii Seniore,**

**Pastore ad D. Mariæ, & R. Min. Rostoch.**

**Direetore,**

**publico Eruditorum Examini**

**IN ACROATERIO THEOLOGORUM**

**subjecturus est**

**JOHANNES CASPARUS Berthmañ/**


**Sverinenfis.**

ROSTOCHII, Typis JACOBI RICHELII, Ampliss. Senat. Typogr.

Anno 1697. d. 30. Januar.

L

1697



**P**ostquam hactenus in parte prima Theologiae ex Scriptura revelata, finem totius Theologiae (1) objectivum, DEum in essentia unum, in personis trinum, hujus universi inq; eo potissimum angelorum & hominum creatorem, omniumq; creaturarum benignissimum provisorem (2) Formalem, sive beatitudinem aeternam, cumq; ejus opposito, damnatione aeterna brevi perspicuitate contemplati fuimus, ordo nos jam vocat, ad considerandum Theologię nostrę Subjectum, per eam a damnationis aeternae periculo, ad vitam aeternam perducendum, qvod alteram Theologię nostrę partem generalem constituit.

S. 2. Ad hoc subjectum Theologię non pertinent angeli, quorum alii sine remedio & spe liberationis rejecti, alii vero jam tum beati & comprehensores: sed soli homines. Non tamen omnes. Non Christus, qui jam in gloria ad dextram Patris sedet. Nec homo in statu integritatis, in quo natus nemo amplius heic vivit, nec media quae nostra Theologia tradit, ea sunt, per quae homo integer transisset ad fruitionem DEI: Nec homines jam beati, aut damnati; illi, noui demum eo perducendi ubi jam vivunt. Hi vero inde nunquam liberandi, ubi nunc detinentur. Sed solus homo peccator, a DEO suis viribus aversus; nec tamen suis viribus eo reversurus, aeternae mortis reus: nec tamen ille quomodocunque consideratus, sed a reatu mortis ad vitam aeternam perducendus Homo peccator dicitur Subjectū materiale, qvod dici etiam solet subjectum operationis, eō qvod operatio & labor Theologię eō tendit, ut in ipsum finis Theologię per certa media introducatur. Habitudo vero illa & ratio, sub qua Theologia circa eum est occupata, vocari solet subjectum vel objectum formale.

S. 3. Homo peccator ita denominatur a peccato. Et quidem primus hominum a peccato suo statim primo actuali, qvod commisit, reliquisque eius succendentibus. Posteri vero hujus peccatoris a peccato partim congenito, qvod originale vocant, partim vero ab actualibus ipsorum peccatis & habituibus, per praevious actus peccaminosos acquisitis. Nunc vero hac vice tantum agemus, de ipso peccato in genere considerato: reservata, si Dominus voluerit, speciali tractatione de peccato primo, originali, actuali & habituali acquisito, in aliam occasionem.

S. 4. Peccatum & peccare, videtur formatum ab antiquo pecu, qvod peccare sit more peccudum, *ἀλέγως* agere, & brutorum more non rationis dictamina, sed appetitus sensitivi im petus seqvi. Hinc peccare sic dici quidam volunt, quasi pecicare vel pecucare, pecudis instar lineas positas a DEO, transilire. Et pecudarium vocant hominem pecudum instar temere & in consulto ad agendum prouenterum.

§. 5. In scriptura V. T. vocatur ἡλικία qvod sit ab erratio a via, scopo, DEO ejusq; lege; a via angusta ad cœlum & ipsa vita æterna: item ἀνάγκη ab obliquitate & curvitate, qvod ut curvum linea recta, ita legi divinæ rectissimæ vitæ regula, componi nequeat. Nec non υψη qvod sit transgressio voluntatis, mandati, pacti, defectio & rebellio erga genuinum Dominum ejusqe jussa. Apud Scriptores græcos vocatur nunc ἀμερίτια privativo (α) & verbo μαρτυρίῳ, scopum præstitutum asseqvor: est enim aberratio à lege divina & vita æterna. Nunc παρεγίθασι, qvod sit transgressio regula, digressio & aberratio a recta via. Nunc παρεγίτωμα, qvod sit instar offensionis pedum ad obiectum in via ut impingas & concidas propositum, adeoq; lapsus quidam. Germanicum nostrum Sunde, alii deducunt a græco σύνειν nocere. alii a Latinorum Sonte, qvod peccatores faciat Sontes, hoc est poenæ reos.

§. 6. Peccatum in generalitate sua dicitur, qvicqvid disconvenit regula certum operrtionis modum præscribenti, cui tamen convenire debebat. Qvia vero regulae plures, ergo & peccata possunt esse multiplicia. Sic datur regula qvædam naturæ, id est consuetus ordo & modus agendi à DEO rerum naturis impressus, ut secundum eum operentur. Talis regula naturæ est: ut Homo generetur bipes; vel qvinis digitis, quando generatio his regulis est conformis, non datur peccatum in has regulas, sin verò aberrat ab hac regula, committitur peccatum, qvod dicitur peccatum naturæ. Similiter artes & disciplinæ suas habent regulas, v. g. Logica talem: ex puris negativis formaliter nihil seqvitur. Contra hanc si in argumentando agatur, committitur peccatum artis. Denique datur etiam morum regula, & qvicqvid ei disconvenit sive ab eâ discrepat, dicitur differentia cauli peccatum morale. Differentiae tamen causa peccata naturæ & artis vel absolute vocantur errores, vel etiam cum addito, dicuntur peccata naturæ vel peccata artis, non vero simpliciter & sine addito peccata. Sed ea qvæ disperant a regula morum, vocari possunt, absolute & sine addito peccata. Et de his in præsenti agendum.

§. 7. Peccatum hominis absolute sumptum duplicitate potest considerari (1) qyatenus est disconvenientia cum regula morum: & etenus dicitur malum morale, pertinetqve ejus tractatio ad Philosophiam. Regula enim morum est ipsa recta ratio, vel natura rationalis, ut rationalis est, & dictat, qvid bonum vel malum, agendum vel non agendum (2) Qyatenus est discrepancia à judicio & voluntate Dei, adeoqve a versio a DEO, offensio Dei. Et hoc modo ejus consideratio pertinet ad Theologiam revelatam, & præsens nostrum institutum. Regula ejus est lex DEI, ut adeo peccatum nobis sit, qvicqvid disconvenit legi divinæ.

§. 8. Lex DEI, regula a qua disperat peccatum duplicitate potest considerari

siderari (1) ut est in ipso DEO (2) ut est in alio extra DEum v. g. in hominibus DEO subditis.

§. 9. Lex quæ in DEO est tria includit (1) Objectum intellectus divini practici, de iis quæ naturæ rationali convenient, quod est instar complexus propositionum agenda & omittenda significantium; estq; per modum objecti cogniti in mente divina v. g. furtum non est committendum: proximus est diligendus. Dicitur alias lex secundum se spectata (2) actum intellectus divini circa hoc objectum, quo judicat, id quod hoc objectum significat, naturæ rationali esse agendum vel omittendum (3) actum voluntatis divinæ, quo vult & imperat hoc naturæ rationali esse agendum vel omittendum quod regula illa prescribit. Hinc describi potest: *Est judicium DEI æternum de iis, quæ rationali naturæ convenient cum voluntate ut siant conjunctum.* Hæc lex quia est ab æterno & in æternum in DEO dicitur *lex æterna*, cui dis convenit, quicquid rationem peccati habet, estque regula morum omnium prima; immutabilis, & universalis, ad omnes actus morales creaturarum rationalium, in specie Hominum omnium temporum & locorum, se extendens, fundamentum & principium omnium aliarum legum rectarum. Ab hac lege quicquid discrepat vel peccator vel peccatum est.

§. 10. In hominibus vero lex DEI est per promulgationem sufficientem, ut iis saltem innocentere potuerit & debuerit, adeoque eos dirigere & obligare posset: sine promulgatione tali lex non obligat.

§. 11. Et quidem omnium primo promulgata est hominibus, statim in creatione, quando ipsis conferebatur principiorum practicorum universaliter praescriptum, quid homini agendum vel omittendum sit, notitia, simulque facultas, ea ad actus singulos, & singulorum circumstantias applicandi. Prius horum vocari solet lex naturæ; quia ipsi naturæ hominis, in ipsa statim origine est implantata, communicata, manifestata, estq; adeo lex naturæ nihil aliud, quam legis æterne in DEO existentis expressa imago: Posterior dicitur legis naturæ ad actus, omissiones, eorumque circumstantias, applicatio. Et ideo qui contra legem naturæ agit, contra legem DEI æternam peccat: cum illa sit hujus tantquam archetypi sui exemplum, cordibus hominum inscriptus conf. Rom. II. à v. 14. Et hinc ut lex æterna est judicium DEI æternum de iis, quæ naturæ rationali convenient: Ita lex naturæ est *judicium rationis rectæ de iis, quæ lege DEI æterna & immutabili præcepta vel prohibita sunt.* Sive judicium rationis rectæ, de iis quæ naturæ rationali convenient & discounvenient, & a DEO ei ut convenientia præcepta vel ut disconvenientia prohibita sunt, nempe vi principiorum practicorum mentibus hominum a DEO implantatorum & quasi inscriptorum.

§. 12. Qvia vero per lapsum amissā imagine divinā , lex illa adeo fuit obliterata in mentibus hominum , ut sola ejus vestigia & quasi rudera supersint , voluit bonitas DEI initio per repetitas peculiares revelationes , Patriarchis , & per hos aliis factas , novam illi per naturā lumen factæ promulgationi lucem assundere , donec ejus summam , memoriarū causa in decalogum contractam Israeli , peculio suo , viva voce in monte Sinai , solemniter denuo prouulgaret , tandemque tabulis lapideis insculptam & post in literas redactam exhiberet , cuius etiam præcepta deinde in Scripturis clarius explicavit . conf. Matth. V. à 20. Matth. XIX. à 3. Est enim decalogus nihil aliud , quam ipsa lex æterna & nature homini impressa post voce DEI repetita , & sub decem præceptis in literas relata . Adeoque in re ipsa una cum lege æterna & naturali , actionum humanarum est regula .

§. 13. Præter hanc legem DEI universalem omnium actionum humanarum regulam , dantur & aliae leges positivæ & particulares , certarum actionum regulæ , qvæ à lege DEI æterna suam obligandi vim habent . Unde & qvod contra leges positivas diuinæ vel humanas committitur , etiam peccatum est , qvia & illud legi æternæ disconvenit , & qvæ lex positiva pender & vim obligandi habet . Hinc qvi principis vel parentis iussa transgreditur peccat , qvia lex æterna præcipit , principibus & parentibus esse obtemperandum . Quando vero lex positiva humana legi divinæ æternæ contrariatur , non obligat vid . Act. IV. 19. Act. V. 29. Superiori enim magistrati non derogant iussa magistratum inferiorum .

§. 14. Hinc qvæ lex DEI est peccatorum regula , ac qvæ exorbitant , ideo brevissimis à Spiritu Sancto peccatum describitur , est *æropeia* 1 Joh. III. 4. id est illegalitas , carentia conformitatis cum legi : Hæc enim est illa ratio formalis , qvæ qvicquid afficit , aut peccans aut peccatum facit . Si afficit actionem vel omissionem , sive exteriorem sive internam , vel si afficit inclinationem vel habitum facit peccatum . Si vero afficit potentiam , facultatem , animam vel hominem , mediante actu , omissione , habitu , vel propensione *æropeia* facit peccantem vel peccatorem id est à lege DEI æterna exorbitantem . Ipsa *æropeia* per se est peccatum , & qvemcunq; actu , omissionem propensionem vel habitum afficit , eundem etiam facit peccatum , ut adeò peccatum , non tantum sit ipsa privatio conformitatis cum legi sed etiam , qvi actu , qvæ omissione qvæ inclinatione hominis , qvi habitus privatus est conformitate cum legi & est *æropeos* ille etiam est peccatum . Hinc Qvænit de peccato p. si. peccatum , inquit , est *æropeia* non mera , licet vera , h. e. talis *æropeia* qvæ similest *mægropia* . Ut enim doctrina doctum albitudo album ita *æropeia* *æropeos* , malitia malum constituit & denominat . Et porro , qvæ potentia facultas , qvæ anima , persona hunc actu *æropeos* , vel omissionem *æropeos* propensionem itidem vel habitum *æropeos* habet , illa etiam est persona peccatrix .

§. 15. In actione , omissione inclinatione & habitu *æropeos* duo sunt distincta nempe (1) ipsa actio , omissione , inclinatio habitus in se & generali suo conceptu , non specificè spectatus , ratione suæ entitatis physicæ , præcisâ ea , qvæ ei tamen intime adhæret , *æropeia* (2) *æropeia* per modum , non formæ extrinsecè tantum denominantis , sed intrinsecè sufficientis & insufficientis . Prius in se & præcisè spectatum , & in generali conceptu

conceptu suo, non specificè spectatum nondum est peccatum, quodlibet enim per formam suam tale demum est: Et ut sine doctrina vel albore aliquid non est doctrinum vel album, ita nec sine *ērōpīac* *ārōpīos*, & peccatum. Per posterius vero id, quod de se non erat peccatum, redditur *ārōpīos* & peccatum, non secus ac per *ērōpīac* sive conformitatem cum lege aliquid redditur *ārōpīos* & bonum.

§. 16. Hinc dicitur (1) actio, qualitas connata, inclinatio, habitus per se & praeceps non sunt peccata, sed vera positiva, & entia Metaphysica, moraliter tamen indifferentia (2) omissione praeceps sumpta per se est privatio licet conjungatur alias cum positivo (3) *ārōpīa* praeceps spectata, & sine subjecto positivo v.g. homine, cui alias inest considerata, est privatio quidem vera, sed non semper mera, verum nonnunquam notat motum contrarium, id est *ārōpīac* & *ma<sup>g</sup>ārōpīac*, quæ & quatenus contralegem est, à lege deficit. (4) Omissione *ārōpīos* in se est privatio (5) actio vero *ārōpīos*, qualitas connata, vel inclinatio *ārōpīos*, item habitus *ārōpīos* non est privatio, verum tamen peccatum, sed ex positivo & privatione conflatum, quod dixeris positivo privativum. Ethoc formale nentiquam est mera privatio.

§. 17. Hinc si queratur de causa peccati efficiente physica vel morali: dicimus (1) Actio, inclinatio, qualitas connata, habitus si praeceps & absque iis adhaerente *ārōpīa* in se spectentur, quia sunt entia & positiva vera, habent causam efficientem physicam secundam & primam; secundam illam personam à qua producuntur: primam vero DEum, qui ut causa universalis, cum actione productiva creaturæ concurrit ad hos effectus positivos producendos. Nec tamen propterea DEus ullo modo causa peccati, sive physica sive moralis, ne quidem per accidens, dici tutò potest, quia hæc in se & praeceps adhaerente *ārōpīa* spectata non sunt peccata, licet DEus peccatum permitat nec impedit vi Physicâ irresistibili, improbos justo judicio deferat, gratiam subtrahat, ipsaque peccata in bonum finem dirigat (2) omissione neque in se spectata, neque cum *ārōpīa* sibi adhaerente spectata, proprie loquendo, causam efficientem physicam habet, quia est privatio; physicæ vero efficientis effectus est positivus. Interim tamen moralè habet causam, nempe cum qui omittere aliquid dicitur, quod ei recte imputatur. (3) Ipsa *ārōpīa* praeceps & in se spectata causam efficientem physicam non habet, quia est privatio, & non effectus positivus per physicum influxum producibilis, interim tamen habet causam moralè & demeritoriam, nempe cum, qui actum, inclinacionem sive qualitatem connatam & habitum produxit & habet, quem ipsa afficit & denominat *ārōpīa*, vel etiam cum qui hujus actus causa moralis fuit v. g. qui seduxit ad actum talum, qui jussit, fonsit, & hunc reum ire culpæ & poenæ facit. (4) Ipsa vero actio, inclinatio, qualitas connata, & habitus *ārōpīos*, habet & causam efficientem physicam & moralè sive demeritoriam. Illam, ratione actionis inclinationis, qualitatis & habitus; Hanc vero, ratione *ārōpīos* ipsi adhaerentis: Ultraque simili sumpta vocatur causa peccari deficiens. Moralè vocamus causam, quæ licet physicè non influat in effectum, aliquid tamen consert, cuius intuitu ei effectus (v. g. *ārōpīa*) imputatur, non secus ac si realiter in illum influxisset. Tunc vero censetur aliquid ita conferre,

ferre, cum tale quid facit, quo *avopia* si non directe saltet indirecte intendisse, ceteri queat.

§. 18. Subjectum peccati quamvis sint & angeli lapsi, hoc loco tamen est homo viator excepto Christo & quidem *primario* ratione animæ ejusque facultatum, *secundario* tatione membrorum corporis. Bruta & agentia in animata propriè peccati non sunt capacia. DEO repugnat peccatum, Angeli boni, & homines beati amplius nequeunt peccare. Homo integer remote quidem poterat peccare, nondum tamen erat peccator. Diaboli vero & homines jam damnati, ad subjectum nostræ Theologie non pertinent. Homo est subjectum Qvod peccati, anima cum suis Facultatibus & membra corporis, subjectum Qvo, illa primarium, hæc vero secundarium, & quidem actus peccaminosi, omissionis, inclinationis, peccaminosæ, habitus *avopus* subjectum proximum & immediatum sunt facultates animæ, & membra corporis. *Avopias* vero mediatum, quia hæc illis mediante actu, inclinatione omissione, habitu, demum ad hæret, *avopias* denique subjectum proximum sunt actus, omissiones, inclinatio, habitus. Ratio quia hæc, ab *avopia* proxime afficiuntur & denominantur. Hinc slant loco subjecti, in propositionibus his v. g. actio omissionis inclinatio habitus est *avope*.

§. 19. Interim non sola *avopia* est forma & peccatum, sed etiam inclinatio & habitus *avope*, actio *avope*, qualitas vitiosa, & impetus malefaciens, est vera peccatum, qvod positivum includit, & formale non mere privatum, respectu hominis anima ejusq; facultatum quasceu subjectum suum ut forma afficit & denominat bonoque non tantum opponitur privative sed etiam contrarie ratione formæ sua positivæ, nec enim *avopia* tantum incurritur, omissione seu privatione sed & commissione contrarii.

§. 20. Conseqvens vero peccati sunt culpa macula & reatus pœna. Nonnulli vocant formale peccati respective considerati, nempe ratione subjecti qvod afficit & constituit coram DEO, culpabile inmundum & reum æternæ damnationis. Alii etiam vocant formale consecutivum qvod *avopia* conseqvatur, & tanquam forma, subjectum denominet. Scilicet idem peccatum prout est deviatio à regulâ, & hominem peccatorem & culpabilem constitutus dicitur culpa. Idem quatenus nec retractatum nec condonatum moraliter manet, habet rationem spiritualis *macule*, idem denique in quantum peccatorem facit dignum ira DEI & pœna, dicitur reatus pœnae. Pœna peccati proprie dicta distinguitur à castigatione paterna. Pœna est malum ad vindicandam culpani peccati & compensandam injuriam DEO illatam inflictum: Castigatio paterna vero non eo sine, infligitur etiam piis, v. g. ad concupiscentias carnis coercendus, in experimentum fidei, dilectionis, patientiæ, ad testimonium religioni vere perhibendum. Promeretur autem ex natura sua peccatum pœnas, cum temporales, tum æternas, & in anima & corpore luendas v. g. ratione corporis, morbos, dolores mortem, ratione animæ subtractionem favoris, & iram DEI, traditionem in reprobam mentem, privationem imaginis divinæ. &c.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn740903241/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740903241/phys_0011)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn740903241/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740903241/phys_0012)

**DFG**

conceptu suo, non specificè spectatum nondum est peccatum, quodlibet suam tale demum est: Et ut sine doctrina vel albore aliquid non est de nec sine *ārōpiacē ārōpeor*, & peccatum. Per posterius vero id, quo peccatum, redditur *ārōpeor* & peccatum, non secus ac per *ērōpiacē* cum lege aliquid redditur *ērōpeor* & bonum.

§. 16. Hinc dicitur (1) actio, qualitas connata, inclinatio praeceps non sunt peccata, sed vera positiva, & entia Metaphysica, & differentia (2) omissione sumpta per se est privatio licet positivo (3) *ārōpiacē* praeceps spectata, & sine subjecto positivo v.g. habita considerata, est privatio quidem vera, sed non semper mera, verum in motum contrarium, id est *ārōpeor* & *maērōpiacē*, quæ & quæ est, à lege deficit. (4) Omissione *ārōpeos* in se est privatio (5) actio voluntas connata, vel inclinatio *ārōpeos*, item habitus *ārōpeos* non contamen peccatum, sed ex positivo & privatione conflatum, quod dixi tivum. Et hoc formale neutiquam est mera privatio.

§. 17. Hinc si queratur de causa peccati efficiente physica vel (1) Actio, inclinatio, qualitas connata, habitus si praeceps & alii *ārōpiacē* in se spectentur, quia sunt entia & positiva vera, habent physicianam secundam & primam; secundam illam personam à qua pro vero D'Em, qui ut causa universalis, cum actione productiva crebat effectus positivos producendos. Nec tamen propterea Deus ulli, sive physica sive moralis, ne quidem per accidens, dici tuto potest & praeceps adhærente *ārōpiacē* spectata non sunt peccata, licet Deus lat nec impedit vi Physicā irresistibili, improbos justo judicio deferat, ipsaque peccata in bonum finem dirigat (2) omissione neque in se cum *ārōpiacē* sibi adhærente spectata, proprieloquendo, causam efficit, quia est privatio; physicæ vero efficientis effectus est positivus, moralem habet causam, nempe cum qui omittere aliquid dicitur, queritur. (3) Ipsa *ārōpiacē* praeceps & in se spectata causam efficientem praegivit est privatio, & non effectus positivus per physicum influxum prætamen habet causam moralē & demeritoriam, nempe cum, qui invenit sive qualitatem connatam & habitum produxit & habet, quem imminat *ārōpiacē*, vel etiam cum qui hujus actus causa moralis fuit actu talis, qui jussit, svalit, & hunc reumam ira, culpe & poenæ facit actio, inclinatio, qualitas connata, & habitus *ārōpeos*, habet & est physicam & moralē sive demeritoriam. Illam, ratione actionis, litatis & habitus; Hanc vero, ratione *ārōpiacē* ipsi adhærentis: Ut invocatur causa peccari deficiens. Moralē vocamus causam, quæ si fluat in effectum, aliquid tamen confert, cuius intuitu ei effectus (poterit), non secus ac si realiter in illum influxisset. Tunc vero cense-

